



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Wigorniensi, Heliensi & Herefordensi Episcopis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

fine canonico terminetis. Alioquin quæ inveneritis redigentes in scriptis, eadem nobis sub sigillis vestris inclusa mittere procureatis, præfigentes partibus terminum competentem quo receptura sententiam nostro se conspectui repræsentent. Testes autem &c. Nullis litteris veritati & justitia præjudic. &c. Quod si non omnes &c. tu frater Episcopo &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum v i i i. Idus Decembris anno decimo.

## ARCHIEPISCOPO SENONENSI.

fol. 171.  
De auctoritate  
Metropolitana,  
non, & ap-  
plicatione  
de Lice. De  
jul. 171.

**L**icet in corrighendis excessibus juxta canonicas sanctiones appellationis sit diffugium interclusum, & ideo venerabilis frater noster Parisiensis Episcopus à nobis accepit in mandatis ut tam circa monachos & alios viros religiosos quam etiam Clericos seculares suæ jurisdictioni subiectos, qui multa gravia committere propnuntur quæ cedunt non solum in animarum dispendium, sed etiam in scandalum plurimorum, inquirat & corrigit appellatione remota quæ viderit corrighenda, statuens ad reformationem eorum quod regulare fuerit & honestum, quia tamen intentionis nostræ nec fuit nec esse debuit jurisdictioni tuæ per mandatum hujusmodi derogare, auctoritate præsentium duximus declarandum quod si forsitan in inquisitionibus ab eodem Episcopo, non tamquam delegato, sed tamquam ordinario, faciendis aliquis casus emerget in quo licitum sit ad sedem metropoliticam appellare, prædicti occasione mandati auctoritati tuæ quod minus ad te tamquam ad Metropolitanum appellari valeat nolumus aliquatenus derogari. Tu tamen nec impediatis per te ipsum, nec per alios facias impediri, quo minus idem Episcopus in corrighendis excessibus subditorum officijs sui debitum exequatur; & si forsitan in casu concessio ad te fuerit appellatum, in appellationis causa prudenter & justè procedas. Datum Romæ apud sanctum Petrum xiv. Kal. Ianuarij anno decimo.

WIGORNIENSI, HELIENSI  
& Herefordensi Episcopis.

fol. 171.  
De negotio At-  
chepiscopi  
Eborac. &  
Episcopi Du-  
cemensis.  
Vide lib. ii.  
quill. 17.

**A** Regalis celstudiinis auditorio non est ita lectio divinorum librorum, sicut credimus, aliena quin Herodem Regem misisse manum suam, ut affligeret quosdam de Ecclesia, Lucam audierit recitare. Cujus utinam detestanda memoria carissimum in Christo filium nostrum Iohannem Regem Anglorum illustrem commoveat;

ut quod religioso judicio dampnare debet in illo, maturiori consilio corrigat in seipso. Pervenit siquidem ad nos clamor, & in plurimas mundi partes non absque regiae famae detimento percurrit, quod pravo seductus consilio manum suam in Ecclesiam extendere non expavit, & venerabilem fratrem nostrum Eboracensem Archiepiscopum multipliciter affligendo, mobilia & immobilia sua bona diripi ac invadì & à suis exactiones gravissimas per appetidores fecit tam impios extorqueri qui & corpora resistentium sibi caperent & bona nihilominus confiscarent, ac tandem eodem Archiepiscopo cum Episcopo Dunelmensi super hoc flexis sibi genibus supplicante, oblitus regie mansuetudinis, deprecationem ipsorum immo venerationem creatoris in ipsis despexit. Cum igitur ejus exemplo nos deceat pro terra mansuetis arguere qui servis suis nocere hominem non permisit ac Reges corripuit pro eisdem, serenitatem regiam rogandam duximus attentius & monendam ut quæ sunt digna Rege recognitans, prafato Archiepiscopo ac suis & Ecclesia, immo Deo, tam plenam quam debitam satisfactionem faciat exhiberi. Quocirca fraternitati vestra per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatenus dictum Regem, nostras ei litteras præsentantes, quas super hoc destinamus eidem, prudenter moneatis ad id & efficaciter inducatis. Alioquin, quantumcumque ipsum in Christi viscibus diligamus, regioque velimus honori deferre, quia nos libertati ecclesiastica non oportet propter humanum decesse favorem, quam Dominus noster Iesus Christus suo sanguine comparavit, volumus & præcipimus ut nisi ad commonitionem vestram adimpleat qua præmisimus, totam Eboraceniem provinciam supponatis ecclesiastico interdicto, & illud faciatis usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari; contradictores appellatione polposita per censuram ecclesiasticam compescendo. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum x v. Kal. Ianuarij, anno decimo.

I. DE LONGOCAMPO  
Rothomagensi Archidiacono.

**C**um secundum Apostolum nos oporteat cum infirmantibus infirmari, sperans in nostra compassione tuæ passionis solatium invenire, nobis humiliter inti- masti quod cùm gravi debilitate corporis

Epi. 171.  
Ei infirmo co-  
ceduntur pro-  
curatores.